supra scutum procubuit. Super hunc & cęteri ad unum omnes quos circa se habuisset: siue sponte siue inuiti: ut ab hoste coacti contrucidantur. Pręfectus itaq; hoc modo occisus nec diu honoribus fretus: sed breui prospera usus fortuna haud secus ac somniantis letitia: celerem habuit pręfecture & uite finem. Id igitur Romanis iacturæ perpessis: Francorum animi magnum in modum intumescebant confirmabanturq;: & Gotthi qui Emiliā Liguriam locaq; illa propinquiora incolerent: & si prius dissimulāter quidem nec libere: pacem alioquin: & formidine potiusq; uoluntate cum Romanis & societatem: iniissent resumptis tamen iam animis fidentius & aperte ruptis fęderibus quamprimum ad Barbaros & sui similes se contulere: Romanorum uero exercitus quem Ioannes batiliani: ut diximus & Artabanes pręfecti ducebant: erullorumq; copiarum reliquie: quæ forte fuga integre iam euasere: Fauentiam confestim se receperunt: Pręfecti namq; haud quaq; eorum referre arbitrabantur: circa Parmam Vrbem tempus diutius terre pręsertim hostium coeunte iam multitudine: quæ pro rerum successu in delitiis ageret: nec prosperam ferret moderate fortunam: siquidem ad eos Gotthorum ciuitates affatim iam conualabant: ita ut ualidioribus receptis in potestatem præsidiis: satis illos constaret omnibus uiribus in se incursuros: quo metu perculsi q̄ proxime possunt Rauennam se recipere statuunt: ut hac uia hostes uitarent: quibus se bello haudquaquam pares fore rebantur. His rebus Narseti renuntiatis acerrime angebatur: & Barbarorum ut insolētiam: ita & Fulcarem tam subito interisse moleste ferebat: uirum sane nec ignobilem quidem: neq; obscurum: sed bello egregium & factis clarum uictoriisq; ornatum: & multis & qualem nec bello capi ab hostibus potuisse crediderim: si cōiunctum cum fortitudine consilium habuisset. Ob hæc igitur decora Narses & dolore afficiebatur ingenti: & tanti uiri interitum deplorabat: haud tamen ut quidā in aduersis consueuere perterrebatur. Interea tamē apud exercitum qui circa se erat pro re subita & clade accepta: animi consternatione perculsum: qualem esset habiturus orationem non ignorabat: ut ad bene sperandum hunc reuocaret: & formidine captis iam mederetur. Erat nimirum Narses sui admodum compos: industriaq; pollebat ac factis: & incidenti fortune aptare se percallebat: tametsi non magnam haberet litterarum peritiā, nec eloquentię studuisset: sed naturæ dexteritate in his tam clarus euaserat:

Ro. exercitus & erullorum reliquie Fauentię.

Qualis Narses.

Statura Narsetis.

Oratio Narsetis ad Milites.

ut uel confirmare cum ratione sat posset:quę in consultationem uenissent. et si apud principes fuisset per delitias enutritus: Erat autem statura is corporis breui exiliq;. Sed alioquin eam fuerat strenuitatem & in rebus gerendis magnitudinem animi iam cōsecutus ut credi uix posset:unde sat liquet cui animus insit liber ac strenuus: nil prorsus impedimento fore: quominus qua uis in re plurimum ualeat:Narses igitur ubi in medium prodiit ad milites uerba istiusmodi fecit. Existimo equidem qui quotidie hostes uincere consueuerunt: & continenter res prosperas experiri: siquid forte uel ad breue pręter uota acciderit: dempturum ex templo id ei ex re preterita & bene gesta lętitiam: & spem omnem hebetaturum. Enimuero decere sapientes nil ambigo:ne cum fortuna simul secundis in rebus se efferāt:sed quemadmodum facile presentia hec immutantur:ita & animum ad uarios uelim hi preparent casus: nam his quidem qui hoc pacto se habent suauissima apparebit fęlicitas:non tamē molestum si qua in re preter eorum sententiam utcunq; fallantur: Nunc uero o Viri animaduerto uos lōge plus angi quam recens hic exigat casus: & constat id plane non aliunde uos pati: nisi ex nimia gloria & uincendi consuetudine: tum quia in animum induxistis nulla in re aut falli aut peccare uos posse: quod si opinione hac ipsa deposita rem gestam dumtaxat spectabitis:haud quaquam id tam graue uidebitur:ac ipsi uos frustra existimatis. Nam si Fulcaris prefectus ut Barbarus:petulanter & temere in tantas se hostium copias periclitando ingessit: profecto iam habet quę se ut sequerentur par erat: haud tamen uobis iccirco uel pręsentia neglıgenda hec sunt:uel imposterum quę pręcognita sunt differēda. Nam si Gotthi uel eorum gente depēdita qui reliqui sint belli socios sibi asciscunt: & maiores excitant nobis labores: nec tamen prorsus in aduersis desperāt: Turpe proculdubio fuerit si hac sola de causa uictos nos esse duxerimus: quia non ipsi strenue uicimus: & hoc pacto preteritarum rerum gloriam negligamus:animi amissa iam promptitudine: cū deceat potius pro re male gesta ut alacritate afficiamur:ī ea nāq; fuisse reor fęlicitatis magnitudinē castigatā:nosq; hoc pacto inuidiam declinasse: atq; adeo ut de cętero liceat aīo esse fidētiore:ex ea iactura: iterato nos posse & detrimētū sarcire:& certamina uincere. Nā & si hostes multitudinē iactēt: ordine tñ & prouidētia:si modo sapimus superaturi hos sumus:est nāq; cū aduenis nobis susceptum certamen:& cū his quidē qui in aliena necessariis

indigent:cum alias ipsi nos omnibus abundemus:quãdoquidẽ & pręsidia multa & ciuitates securitatem nobis:si necessitas cogat:pręstabũt:cũ illis nulla sint uspiam ad receptum loca. Quinetiã omnia nobis ueri dei cultoribus pro ęquitate pro patria pro liberis & propinquis pugnãtibus pręsidio erũt. Cum illi aliena depopulentur. Fit itaq; ut absurdius uideatur:si non undequaq; q̃ optime sperandum duxeritis:ne dicam timore percelli quoq̃ pacto uos posse. Nunc uero Lucensibus istis ne respirandi quidem locum obsidendo iã demus:ad belliq; finẽ se quisq; uestrũ enixe & promptius paret. His Narses dictis & exercitum ad meliora sperandũ erexit. & Lucenses acrius obsidione urgebat:illis uero quos emissis iam prefecerat copiis succensebat:quia locis oportunioribus derelictis Fauẽtiam pauloante se recepissent: & res aliter lõge procederẽt: atq; ipse pro eius prouidẽtia iniunxisset. Si quidem circa Parmam pręsidii & obicis loco statuendas esse copias illas rebat: que hostes ne ultra progrederẽtur acrius coercerent:ut ipse paulopost in thuscia recte oĩbus cõstitutis aduersus eos confestim ductaret. Nunc uero relinquebatur Romani ut milites qui circa Narsetem tũc erant Lucẽsi ommissa obsidione:& procul ab hostibus abscedendo omnium primi Francis obuiam irent:unde cum haud quaq̃ ferendum id Narses censeret: ex templo ad pręfectos per idoneum uirum legauit: cui Stephanus nomẽ erat:ex Epidamno ortum castello illyrico:ut hos castigando timoris & fugę insimularet:& plane argueret deprehensos hos esse:rem publicã prodidisse:ni iterato quę dimisissent loca repeterent. Tum Stephanus ęquitibus ducentis: & bellicosissimis secum deductis:apprimeq; armis instructis: concitatissime iter aggressus est:sed multo cum labore uigiliisq;:cautior illa profectio erat. Frãci nimirum cum exercitus parte per proximos campos:ut pabuli: ita & prede gratia uagabãtur:quam ex agris auceherent. Vnde Romani noctu potius q̃ interdiu acie instructa progrediebantur: ex audiebatur itaq; agrestiũ eiulatus:& abactorum mugitus boum:sonitusq; pręcise materie: & fragores huiusmodi aures circum sonabant:ita uix tandem Fauentiam ad exercitum equites peruenerunt. Legatus uero ubi in cõspectu astitit pręfectorũ: Quod malum inquit uos cœpit o uiri:ubi nam rerum quondam gestarũ nunc gloria:& tantorum tropheorum commemoratio? Quo nam pacto Lucenses cœperit Narses:& quę infra Alpes sunt omnia est subacturus:si uos hostibus transitum perinde confederati dederitis hosq; sieritis pro arbitrio quo uelint abscedere. Sed ipse equidem nil prorsus quod uos urgeat

Stephanus Epidamniensis.

Castigatio Stephani ac Milites.

malum dicturus:in pręsentia fuerim: erit forte qui dicat mollitiem rem istam preferri & eorum ignauiam qui rempublicam iuuent. Sed unum illud uos monitos uelim:nisi q̄ primum redeundo Parmam uos contuleritis haud quaq̄ succensere uobis:nec iniuria desiturus est Narses: pro futurorum euentu uestram inertiam causando:si quid forte inferatur hostile: cauendum pręterea ne & uos oderit imperator:his auditis pręfecti non nescii Narsetis hęc esse mandata:nec quicq̄ haberent quo iniustius se insimulari arguerent:argumenta quędam & causas preferebant:ut coacti necessitate discesserint:perinde non potuissent ex circūiectis Parme oppidulis tantum commeatus habere quod satis exercitibus esset. Nec Antiochum sibi eparchum in tempore affuisse:cui ea cura demādabatur. Quinetiam nec pecuniam in stipendium consuetam sibi depensam fuisse. Tum Stephanus celerrime Rauennam se conferens: & eparchum ad pręfectos perduxit:& ambiguis omnibus quo ad licuit iam medicatis:his persuasit ut Parmam repeterent: eodemq; ut stationem haberent. His omnibus breui peractis Lucam reuertit. Narsetemq; iussit bono animo esse: & promptiore rē exequi: ut minus uerendum hostes sibi impedimento fore:Sed eorum coerceri iam impetus:Romanis exercitibus his opportune instantibus. Narses igitur cum haud quaq̄ ferēdum esse iam duceret:quod Lucenses obsessi remissius:tamdiu sibi repugnando obstiterint:menibus ipsis admouit exercitum:iamq; & machinationes tormentaq; ad diruendam urbem muris applicabātur. Ad locaq; eminentiora cum igne emittebātur sagitte:simulq; q in turribus cōparebant feriebantur:subruebāturq; nonnulla in parte & mœnia:atq; adeo ut queuis species mali Vrbem iam circūsisteret. Tunc qui prius obsides fuerant: oblata occasione Romanam rem enixe ciuibus optime consulendo iuuabant:& quantum in eis erat ciuitas ad deditionem mox inclinasset: ni Francorum legati qui intus constituti ad Vrbis custodiā fuerāt: mox obstitissent:& q̄ acerrime alios ad prælium concitassent:armisq; propulsassent obsidionem. Vnde ex templo factū:ut apertis & dispatētibus portis eruptiōe repētius facta:impressionē in Romanos hi facerent:hac uia existimantes se fore superiores. Sed parum hostibus obfuerunt: sibi uero q̄ maxime. Nam pleriq; Lucensiū his plane confisi:quæ in Vrbe iam gererentur ultro preliabantur. Verum ubi sæpe iā temptata fortuna spes nulla procederet. Sed suorum iacturam maximam facerent:turpiterq; & per ignauiam fugam capesserent:& intra Vrbem sepe reiecti ita coercerentur ut nulla his esset de

cætero

cætero in hostem prodeundi facultas: Tunc uniuersi quandoquidem alia nulla iam esset ad salutem uia: compulsi ad pacem animum induxerũt: Ita demum a Narsete fide accepta: ut sibi pro preteritis factis nil succẽseret: ciuitate tradita libenter exercitum intra mœnia exceperunt: tertium iam mẽsem obsessi sic iterato Lucenses Romanorũ inditiõem uenere: Narses uero post eam Lucæ obsidiõem quãdoquidem nec hostile aliquid reliquũ esset eodem moram ut diutius traheret necessarium fore nil ratus: tandiu immorandum censebat: quoad respirare milites a laboribus sineret: relicto itaq; ibi Bono/id illi erat nomen/præfecto ex Misea oriũdo: ad Istrum flumen apposita/uiro sane qui & mirifice saperet ac domi forisq; maximum in modum ualebat: traditaq; ei magna militum copia: qua hos facile posset: si quam forte rem innouarent: & uincere & cohibere: Hisq; sic constitutis: recta ire Rauẽnam pergit/ibiq; exercitum in hibernis dimisit: Nã cum autũni finis adesset & tempus iam in hyemem uergeret: haud quaq̃ per id tempestatis belligerandum esse Narseti est uisum/ Id nãq; Francis quibus æstus infensior est: & molestiæ plurimum affert: q̃ maxime conduxisset: ut qui haud quaq̃ uolentes per æstatem ineunt pugnam: sed in ipsis algoribus dum maxime rigẽt: ualidissimi fiunt & labores per libenter insumunt: Sunt.n. frigoribus assueti ut qui gelidam sint patriam nacti: & algere perinde his ingenitum est: Hisce de causis Narses rem extrahere nitebatur & ad Neota oppidum bellum transferre: Vnde cum Cẽturionibus tribunisq; militum: partito exercitu circa finitima castella & loca sic hibernare iniunxit ut ueris principio statim Romam oẽs aduentando se cogerent: ut inde cum uniuersis copiis dũcarentur/ his illi iussis dimissi in hiberna iam abscessere: Narses uero se Rauẽnam recipiens familiares,& Satellites priuatos quosdam secum reduxit: & alios nõnullos qui sibi in magistratu famularentur: nec secus & qui eius dignitatem curæ haberent: ne pro arbitrio se adeundi potestas omnibus fieret: Hunc præterea Zandilas præfectus eorum qui domi nutriebantur & domestici cæteri sunt cõsecuti: Eunuchiq; item cubiculares: hoc trecẽtorũ is hoĩum comitatu Rauẽnam peruenit: Interea uero Fredigerni filius Aligernus Teiæ Germanus frãcu ius & supra in Cymis obsidione meminimus: ubi Franci iam in Italiam aduenissent Gothiq; omnes ad eos transirent. Solus uisus est nosse qd sibi in rem fore existimasset & contemplatus futura deq; præsentibus con-

Lucẽses Narseti dedunt.

Galli melius per hyemem q̃ per æstatem labores bellicos tolerant.

sultando ad eam peruenit cognitiõem ut satis iam animo preuideret Frãcos sub nominis prętextu:decenti quodam & simulatione ineundę cum Gothis societatis perinde accitus uenisset & aliud sibi uellet ac prę se ferret nec fore omnino uel Romanis deuictis ut hi Italia:Gotthis decedãt:sed hos potius quibus uerbo non re suppetias uenerint:confestim ut subigãt & cum imperio simul sublatis prorsus & patriis legibus:his ipsis ut Francos pręficiant:hęc igitur Aligernus cum animo frequenter uersaret: obsidioneq; simul coherceretur.Fore id longe satius iudicauit:Narseti ut oppidum cum pecuniis traderet ac de cętero Romanis ut uiueret moribus ab omniq; discrimine & Barbarico cultu procul abesset:par nãq; fore censebat nõ amplius Italia Gotthos: potiri:sed ueteres ut eam habitatores & pristini duces recuperaretur:ut terrę assueti & geniti: & suis non perpetuo rebus fraudarẽtur:hęc ipse de se exequi & priuatim decernit:ut cęteris suę gentis exemplo foret: Vnde obsidentibus Romanis significauit se uelle si eorum permissu liceat:pręfectum mox conuenire permissus ille ad classes castellum in Rauẽnate agro situm ubi Narsetem morari didicerat:uenit: ibiq; ubi corã astitisset pręsidii claues illi in manus tradit: proq; sua uirili beniuole ministraturũ ei de se oĩa nauaturũq; opam pollicet. Tũ Narses aduenietẽm benigne suscepit:& maioribus bonis id se bñficii cõpensaturũ asseuerabat deinde eam exercitus ptem quę Cymen obsederat inire pręsidium iussit cũ eaq; simul ut pecuniam oẽm reciperẽt:in tutoq; oĩa conseruarẽt quod reliquũ eius exercitus fuit secedere in alia castella iniunxit ibidẽq; hibernare:Sic Narses egregie rem omnem ad id tps cõfecit. Verum cum Erullorũ iam copię iterato fuissent suo duce orbatę / Duo qdem iter hos erãt uiri isignes:quorũ studio diuersim plebs ipsa detinebat.Intersciſsa tũ sentẽtiis rem in dubiũ euocabat:nã pars altera Aruth maximi faciebat:& oĩa sibi pcessura in melius arbitrabat si ad hũc esset perfectura delata.Alteri uero placebat Osindual ut strenuus factisq; clarus: Hũc Narses assentiẽdo Erullis pfecit:emisitq; ubi cõmodius hibernaret/ Aligernũ uero ad Cassiã Vrbẽ ire iussit monitũ ut ubi eo se cõtulisset murũ cõscenderet illiq; sic apte incũberet:ut qs eẽt ab oĩbus facile noscitaret.Hęc aũt illi ccirco mãdauerat:ut Frãci: Nã ea erãt ptrãsituri:eũ uiderẽt: q spõte ad se cõcessisset desperarẽt quę p Cymen se iter facturos uel pecũias habituros eodẽ recõditas uel forte ut de sũma belli:opportunis iã locis oĩbus pocc upatis: nihil

Aligern' ad Narsetem.

patis:nihil his esset in posterum spei/At Algernus ubi Francos illac tran/seuntes ex eminēti uidisset:irridere hos simul & increpare:frustra se tandē & tā sero uenisse:& rebus pfectis quandoquidem Gotthoꝝ opes cū duci/bus ipsis Romani sibi iā uendicarint:ita ut siquis inter Gotthos compeat impator neminē hēat cui uel cognitus uel honoratior fit:sed militarē his ut induat uestem sit oīno futurum & ex habitu ipo priuatus ut uiuat/Tū Frāci hunc probris afficere & incessere contumeliis suęq gentis proditorē identidem nūcupare:unde factum est ut pro præsentium reꝝ conditione in ambiguo his animus uersaretur atq adeo ut utrum bellū gerēdum eēt inter se consultarēt:uicit tñ ea sententia ne cæptę iam rei hos pęniteret:sed ad ea quę aggressi iam essent progrederent.Narses uero dū hæc agerent: Rauēnę cū esset ibidēq cū manētibus copiis uersaret:suo ex ordine oibus cōstitutis se Ariminū cōtulit:deducto quē secū habuerat comitatu:Vaca/rus interim Barnus genere pauloante e uita excesserat. Vis sane grauis & bellicosus:Huius Theudiualdus fili° cū Burnis suis sequacibus Jmpatori Romano statim accessit:Arimini aderat: ut Narsetē iā cōuenturus:cuius gr̄a eo cōtēderat:itaq auro donatis liberaliter oibus firmissimā cū Roma nis iniuit societatē.Cū itaq hæc Theudiualdus ageret Frācoꝝ milites ad duo milia peditū eqtibus intermixti q pdatum in agrū Ariminēsem adue nerāt:a suis pfectis dimissi cū ciuitati appropinquassent agro depopulato Arātiū Boum pdā agebāt:ipudēterq oia puastabant/Quę Narses ubi ex ędito ędificii loco spectasset:unde i campū erat pspectus: idecoꝝ eē ex ma lis pātibus iudicauit nō stati uim & iniuriā uindicare:itaq equo īscēso du ctu pfacili supbioreq q nō modo agilius psilire & desaltare nō indecētet sed icursiōes isup facere & media in acie apte uersari expiētia & exercitatōe pdidicisset/iussisq oibus q nō oīno certaminis eēnt ignari cōfestim se seq: urbē egredit:in hostesq ducit:tū illi mox eqs īscēsis/ erāt.n.uiri trecēti/de cē una seqbant & cursu citato recta hostes petebāt.Tū hi cū in se iri uidis/sent nō dispsi ut prius populabant:neq.n. hos pdæ duxerim oportunos eqtes qppe ac pedites i unū ptinus coire & se in Phalāgē coegerāt haud tām hāc dēsiorē:q.n.fieri id poterat:cū pdatū nō multi pdissēt:sed ualidā alioqn:qa cōi defensiōe & coeūtibus cornibus ex ordine se turbant.Ro/mani uero ubi ad sagittæ iactū ad hostes uēissent:cū his tā bñ īstructis ma nus cōserere & pliari haudquaq̄ i rē fore duxerūt: sagittādo tñ & iaculādo

Theudiual/dus.

qui primi bellando starent fallere pertentabant: & a fronte densitatem per
rumpere: sed illi scutis optime cōmuniti stabiles permanebāt & plane im-
moti: aciēq tam bn̄ dēsatam nuspiā auellebāt & eo minus quo & spissio-
rem siluam tunc nacti: pro munitione arboribus uterentur iamq telorꝫ
iaculatione se tuebantur: uerum ubi nihil inferri iacturę his poterat: om
nibus Narses animo agitatis: belligerandi genus quoddam & Barbarum
excogitandum machinabatur. Vnnorum gentibus primum tunc adnu-
entem iussit nanque qui circa se essent ut hostibus terga dando quam
primum retrose uerterent tanquam timore in fugam actos & hostes insu-
per a siluis ad nudos expeditosq campos quam possent longius auocarēt
: sibi uero reliqua curę fore: militibus itaq imperia exequendo fugam iam
capessentibus: Franci hac fuga illusi & ueram esse formidinem rati: intrepi
de Phalange soluta: & siluis relictis ad hos insectandos enixe incubuere:
ac primi quidem equites cucurrerunt: hos pedites sequebantur: qui & for
tissimi essent & pnicissimi: ita ut fugientibus effuse omnes insiscerent: per-
inde Narsetem ipm̄ uiuum capturi: & exiguo cum labore impósituri bel-
lo optatum iādiu finē: sed hi quidem militaris disciplinę: prorsus obliti ef
fusius & icaute ꝓcedebāt: alacres & bōa spe freti. Romani uero laxatis ha
benis Ariminū uersus deferebant diceres illos certiore captos formidine
quadā fugā inisset adeo hi ad uerꝫ q̄ ꝓxime timorē dissimulāt: & ubi nu-
do in cāpo erāt iā Barbari dissipati: & a nemore q̄ lōge diuulsi: tūc Roma
ni Narsetis significatōe & iussu: ęqs cōuersis: ex aduersoq sese explicantes
persequentibus hostibus: obuiam his in frontem eundo se obtulerunt: &
omnes re subita consternatos inclementer urgebant: ita ut qui fugere ui-
debantur e uestigio hostes insectarentur Barbarorum igitur ęquites ubi
instans periculum pręsens essent celerrimo cursu exercituiq ad siluam re-
ducto: saluti fuere: pedites tamen relicti fede & passim iam cedebantur: at
q adeo ut torpentes iam redditi ne manus quidam mouerent/erant nimi
rum ex subita rerum immutatione ob stupefacti & quasi sui nil compo-
tes unde pecudum more perstrati per campos iacebant his itaq supra nō
ingentos iam cesos cęteri abscessere & ad suos: sic se recepere duces ut non
alias sibi in tuto fore existimarent/a cęteris se copiis abgregari. Narses igi-
tur Rauenna repetēs omnibus ibi egregie dispositis rebus Romam se de-
mum hyemandi causa contulit.

Genꝰ pugnę nouum.

LIBER SECVNDVS.

VERE autem iam ineũte uti edictum per Narsetem antea fuerat ad Vrbem Romanam magna uis militum se conferebat & non parui cogebantur exercitus: quos Narses magnum in modum ut in bellis simulachris exercerentur iniunxit: sic militantium animos assidua exercitatione firmabat: Nam & decurrere eos cogebat: & in equum agiliter desilire: armatosq; tripudiis agitari: & tuba classicum personãte obtundi: ne forte ex longa hibernorũ quiete & ocio/belli prorsus obliti in ueris prœliis remollescerent: Interea Barbari dum liberius uagarent: quę in promptu erant populabantur & peruastabant: ab Vrbe tñ Roma & locis urbi proxime circumiectis iter q̃ longe hñtes progrediebant: ita ut ad dexteram Thyrrenũ mare hẽrent: utrinq; uero ionici sinus littora protendebant: Sed ubi in agrum samnitem uenere huic inde diuisi ab inuicẽ principes abiere: Bultinus nãq; cum maiori copiarũ parte p thyrrenum littus tendebat & q̃ multa campanię loca depredabatur. Nam & Lucanos transgressus est: & ad Brutios deinde diuertit: ad fretumq; demum puenit Quod Siciliam isulam & Italię dirimit fines: Leuthares uero qd' reliquũ erat exercitus ductãs apuliã & Calabriã petit: & adusq; Hydrũtem Vrbẽ pcessit: quę supra littus insidet adriatici maris: unde Ionieis incipit sinus: eo ubi uentum iam est Franci omnes qui locis hisce ante insueuissent: erga sacra pietate & reuerentia utebant. ut qui ad potiores leges tanq̃ ueręi dei cultores cõcesserant: ut supra iam diximus: & haud secus: ac Romani sacrificarent. Sed Alamanorũ exercitus oĩs nam aliter longe hi sentiũt sine ullo delectu & p impietatem tẽpla diripiebãt simul & deformabãt. Sacraq; ex auro uasa & ad peragendam rem diuinã parata preciosamq; cęterã supellectilẽ cum sustulissent in possessionem turpiter uendicabãt. cũq; ea patrassent nec dum malefactis exaciati uel urnas ipsas quibus templorũ structores recondebantur frangebant: euertebantq; pauimenta: & cruore templa fędabant/prędaq; omnis conspurcabatur. eum mortuos insepultos disiicerent. haud tamen diuina longe post ira quę ob tanta hęc scelera inferebatur: hos penis affecit quãdoq dem bello partim: partim morbo interierenta ut eorũ nemo quippiam sit ex pristina rapiendi spe consecutus / Iniustitia nanq; & erga deũ impietas ut fugiẽda p maxĩe sunt: ita ei pdesse

Crudelitas Alemanorũ.

Adhuc urnis ... utebãt

nil poterũt & in ipso ꝓsertim bello: Nam patrię opē ferre ac patrias leges tueri: & has deuastantibus se minus ꝑmittere: sed enixius hos impugnare: Æquum ꝓculdubio fuerit & generosum: Qui uero lucri & auaritię grã odiiꝗ nulla rõne subnixi cũ nullũ criminãdi ius hẽant. si uelint in alienã irrumpere: & eos incessere: q iniurię nihil intulerit ꝓfecto insolẽtes hi sũt & plane insaniũt: neq qd ius fasꝗ sit norũt: nec magni id faciũt: si malefi cis sit ĩfensior deus. Quo fit ut acriora his inferant̃ supplicia & ad ĩsanabi lem calamitatẽ q̃ praue gesserint/recidãt: & si ad breue fęlices existiment̃: Leuthari itaꝗ Bultinoꝗ istiusmodi euenere. Nã ubi ea tã scelestę patrarũt manubiatũꝗ & ꝑdę ingẽti se copia obduxere: Et iã ueris tp̃s & frumenta in ꝓrimo erant: ut demeterent̃ matura / Leuthares iterea ex ducibus alter animo agitabat se domum recipere. & opibus male partis ingurgitare/un de & eius germanum fratrem Bultinum nuntiis missis ad celerem in pa triam reditum hortabatur abire in rem malam & bella iubens & fortunę incertitudines: Bultinus uero cum iureiurando iam confirmasset aduer sus Romanos & pro Gotthis se bella gesturum hisꝗ adulando Barba rum permulcerent: ac suum imperatorem fore se prędicarent. Visum est tandem manendum apud hos potius esse: & peragenda conuenta: un de apud Gotthos is mãsit: & ad bellũ necessaria compabat. Leuthares ita ꝗ cum cęteris circa se copiis prędam oẽm q̃primũ deferre secũ accelerabat & domũ cõtenderet: sed maxime is confidebat germanũ statim ad se trans missurum q̃ periclitanti sibi pręsidio forent: uersi tñ nec illi quidem quę cogitarat optatum sunt finem sortita: cum fratri auxilia mittere Bultino nil placuisset: leuthari igitur eadem qua uenerat uia iam redeũti: adusꝗ pi cenum agrum nihil hostile obuium fuit ubi autem eo peruentum est: po sitis circa Fanum oppidum castris: pręmissis ex templo: ut antea cõsuerat exploratores ad hoĩum tria milia: qui nõ solũ q̃ ante se fierent specularen tur: sed sic unde ẽt hostes forsitan comperent cum his bellũ capesserẽt. Ar tabanes interea & Vldach. Vnnus qui ad Pinsaurum iunctis exercitibus stationem habebant: & saltum insederãt ubi pręuios hostium equites cõ spexere in ipso littore ionici sinus iter habentes: ex oppido mox prodeun tes hostes inuadunt multosꝗ gladiis cedẽdo obtrũcant nõnulli rupe prę cipiti superata deinde in decliue delati in Mare prono capite desaltantes: uorticibus absorpti moriebantur: Eo nanꝗ in loco littus aliquanto erigi tur/&

Fanum.

Vldach.

tur/& tumultum perinde facit:nō undequaq; sat peruium:nec illi qui ad ad eius summitatem peruenerit facilem præbet descensum / lubricum præterea:& id quidem abruptum:ut pleraq;:in ponti profunditatem deuergit:ex his itaq; maiori suorum parte ammissa qui forte superfuere:nullo ordine in fugam se coniecerunt: & clamore ingenti & eiulatu: in sua castra trepidi irrumpentes:perturbationis & tumultus sic omnia complēt ac Romani iamiam instando in se aduētarent:Tum Leuthares ipse ad in eundum prœlium excitatus:uniuersum exercitum mouit:atq; ita ut armati omnes in Phalangem instruerentur:& hanc quidem densissimam & lōge protensam/Cum igitur ita se Franci haberent & nihil aliud quod animos faceret tempus afferret:captiui eorum apud hos magna uis erat cum relicti sine custodiis essent:hostium occupationibus opportune abusi: q̄ celerrime poterant sese in fugam dedere:exuuias quascunq; his licuit e castris direptas in proxima oppida contulerunt: sed Artabanes Romanorum:& Valdach Vnnorum præfecti:cum haudquaquam in hostes educerent copias nimirum qui nec bello his pares se fore existimarent tamen Franci soluta iam acie:ubi in castra se recepere quanta rerum fuissent iactura affecti intellexerunt:prius itaq; quam damni aliud quippiam paterentur: Visum est in bonum his concessurum si celerrime educto exercitu ultra progrederentur: Exemplo itaq; iter aggressi relicto.a dextera ionico sinu: & littore omni harenosaq; uia iuxta Appennini montis radices iter fecere. Sic itaq; in Emyliam procedentes:uix pado transmisso:cum ad Venetię loca iam peruenissent:Cenedam Vrbem sue tunc ditionis inco luere: in ea de cætero ut in tuto uicturi: angebantur tamen & per quam moleste ferebant:quia tanta ex præda haud multum his reliquum esset:uisumq; est frustra tantos subiisse labores: sed non eo tenus processit his infortunium:nam & paulopost pestilens morbus de repente cum hos inuasisset multitudinem absumebat: ita ut partim circumiectorum locorum aerem: ut noxium causarentur: & eius mali originem fuisse hunc ducerent: partim etiam uitæ incusarent mutationem: quandoquidem ex assidua belli exercitatione longisq; itineribus ad ocium & delitias diuertissent morbi tamen principium & calamitatis necessitatem non admodum pernoscebant. Iniustitia nanq; & rebus sacris humanisq; legibus illata iniuria exitii causa his ut equidem reor fuere cui rei uel princeps

Artabanes.

Emyliam.
Ceneda

Cā pestilētię

ipse argumento sat fuit quem ex Deo ingesta supplicia diuexabant: quippe qui demens iam factus in apertam est rabiem uersus ut amentes solẽt: & furibundi uertigo preterea crebrior quadam eum excepit eiulatusq; ede bat horribiles cernuusq; nõnunq̃ uel utrũq; in latus se proruendo illisus solo uolutabatur abundantiq; spuma os ipsum proluebat: tñ oculi horri biles uisu inuersiq; erant/ & eo iã miser uesaniç uenerat: ut uel ppria mem bra desęuiendo gustaret: brachiis siqdem ubi iam mordicus inhęsisset: dẽ tibus carne dilacerata in ferę bestię morẽ is uescebat/ defluentemq; linge bat cruorem: sic demũ suo exsaciatus: & paulatim deperditus miserrime ex humanis excessit: cęteri uero passim moriebantur nil penitus remittẽte ma lo: quousq; tandem uniuersi interiere: quin ẽt uel febre maior pars degra uata mortem obibat: nonnullos apoplexię morbus acerrimus inuadebat/ alii capitis dolore peribant: & mẽtis excessu quidam. Itaq; dum uarie om nes afficerentur in pernitiem morbi ipsi cedebant/ Cum leuthare igitur & cęteris omnibus qui se sequebantur: sic actum: & hunc ea expeditio habu it finem: unde cum Venetię se res ita haberent Bultinus interea alter Frã corum prefectus oppidis castellisq; omnibus ad siculum usq; fretum fere deuastis exemplo campaniam uersus Vrbemq; Romam redibat/ intelle xerat nãq; Narsetem & Imperatoris exercitus eodem iam cõuenisse: unde inerat animo illis in locis nec morã diutius trahere: nec alias diuagari: sed cum omnibus copiis acie decertare & sũmę rerum periculum facere/ quã doquidem sui exercitus pars non exigua interiret morbo correpta iã enim ęstas finierat & Autũno mox subeunte Vineę fructibus abundant: quos tamen Narsetis milites cum summa rerum his esset omnium copia: con tinentissime iam pręcipuerãt: Bultini tamen copię omnes: direptis Vuis & manu compressis noui se odoris musto ingurgitabant: unde intumefa ctus his uenter disrumpebatur: atq; adeo ut e uestigio interirent nonnulli quidam uero morbo uim superarẽt: sed Bultinus ipse prius quam oẽs hic morbus peruinceret belligerãdum esse percensuit: utcũq; belli futurus eẽt euentus Quocirca cũ se in campaniã contulisset haud longe a Capua ca strametatus est & in ipsa Casilini fluminis ripa: qđ ex appenino defluens monte: p proximos circũagens se campos in tyrrenum mare defertur: hic itaq; cũ locasset exercitũ: fossaq; & uallo firmissimo cõmunisset/ ei loco sa tis fidebat/ ab leua nãq; pro munitione esse pximũ flumen existimabat: ne quis ea ex

Leutharis mors misera bilis.

Casilinũ flu.

qs ea ex parte libere insultaret: &/e/curribus totas quos secum affatim deduxerat inuicem iunctas: in terram ad axem usq; ita defixit ut superne semicirculus dumtaxat extaret his ille & magna stipitum ui exercitu com munito: exitum quendam non satis amplum nec uallo obductum reliqt ut ea facile ire dum uellent sui in hostem possent incursus recursusq; facere/qyin et ne supra flumen pōs sibi icustoditus relinqueretur: ne ue ex eo iacturam acciperet hunc statim preoccupat: & lignea turri desuper structa in ea uires imponit ut pugnacissimos/ita & armis optime cōmunitos/ cū ut e tecto preliarentur: tum ut hostes transitu prohiberent si transire forsitan pertentassent: his itaq; singulis hoc pacto dispositis uisum est: opportune se omnia preparasse: ita ut uel dormienti sibi liceret iam bellū iferre: nec quoq̄ pacto sibi id contra posse inuito in ferri: quę aūt fratri apud Venetiam accidissent nondum intellexerat: admiratiōe tamen capiebat: cur sibi uti inter se forte cōuenerant nondum ille misisset exercitū nec deerat qu in suspitiōem ueniret haudquaq̄ eū morę id tādiu traxisse nisi aliqua sibi & grauia occurrissent. Sed alioqn uel sine fratris pręsidio superaturū se hostes sperabat ut q maiores q̄ illi hēret apud se copias. nimirū quod reliquū sibi exercitus fuit ad triginta milia uirorū fortiū accedebat: Cū Romanis uix duo de uiginti milia eēnt/ Vnde q̄ maxie cōfidebat se rē bene gesturū itaq; uniuersum exercitū ꝑ impio hortabat: ut sciret non puis de rebus p̄sens id fore certamē: nā aut Italiā possessuri inqt nos sumus: cuius rei huc grā uenimus/uel plane id relinquet ut oēs hic p ignauiam moriamur/Quocirca o uiri fortissimi illud potius q̄ hoc uelle debemus: cū satis cōstet si bello boni futuri sumus ea nos conseq posse q̄ diu optamini. Bultinus itaq; his multitudinē cōmonefacere nihil itermittebat/Milites uero ut spei iā pleni confirmabant & utcūq; uisum arma parabant si quidem alibi secures acuebantur: hic patria tela quæ illi angonas dicunt: illic uero scuta refracta sarciebantur/& facile expediebantur eiusmodi cætera. Huic nationi tenuis est & neglectior armatura: & quæ non uaria ad ornatum indigeat opificū arte/nisi eoꝝ q ea utuntur: si qd forte ut fit corrūpat nō. n. thoraces hi uel ocreas norūt: plerisq; i bello detecta sūt capita ppauci cassi de optimis decernūt: sed pectore nudato & tergis ad ifimos renes/amiculo ꝑterea lineo primum: p̄ in/e/corio succincti: & tibias cōtegūt: eqs haud q̄q̄ utunt ꝑter paucos admodū: ut q p̄rio more pedestri i pugna coaluerūt

Arma Francorum.

Exercit⁹ Bultini.

Anegnas Tela.

itaq; exercitū egregie sunt: ensis a femore leuo/ex latere scutum dependet/ arcus funda & torméta eiusmodi cętera tela saxa ue torquētia insueta his sunt: sed dolabra securesue concipites gestant & breuia pro patria consuetudine tela quæ ipsi Anconas: ut dicimus uocitant & qbus res magnas cū opus est gerunt/ac tunc prçsertim cum pede collato decertāt/ aut in hostē incurrunt: huius teli pars maior ferro obducta est: ita ut ex hasta parū aliquid prçter capulum totum uix proferatur: in superiori aūt parte circa ferri aciem ipsam: recuruç extant utrinq; tanq̄ hami: laminulç quçdam coarcuatç peracutçq; & ad ipsius teli partem inferiorem deuergunt: id teli genus in ipso congressu emittunt: ita ut si altius forte inheserit corpi subeat mox uti par est: & acies ipsa: hamata: unde nec qui uulnus exceperit: nec alius quispiam queat: id telum auellere: urget nāq; recurua acies illa Ceruice latius: herens doloresq; affert acerbiores: atq; adeo ut si nō alias hostis lçtali sit uulnere ictus: ex eo tn̄ emoritur quod si in pactum clipeo telū id fuerit ex eo mox pendulum hçret & circunfertur: per solumq; trahit: unde ea est Francorū cōsuetudo: ut ubi affixum scuto telum id uiderint impetu facto ac pede capulo conculcato hostis scutum umbone quassatum perfringant quo fit ut & gestātis manu deprçssa: caput illi nudetur: & pectus: hoc pacto hostem quis nactus nulla parte munitum siue frontem securi percutiat: siue gulam ferro traiiciat confestim obtruncat: Istiusmodi igitur Francis sunt arma & in prælium ituri hoc se armatu cōmuniebāt: Narses uero Romanorū prçfectus ubi Francorū in se aduentare exercitum comperit ex templo oībus ęductis ex Vrbe copiis tam longe ab hostibus castra locat: ut & audire strepitum posset & uallū ꝑspicere. Sic itaq; duo exercitus cum ad inuicē in cōspectū uenissent dū īterea acies utrinq; īstrueret & locaret ꝑsidia uigiliçq; frequētes iā fierēt ac duces spectādo copias circūirēt: spes q dē & timor mutuis erat & assiduus huiusmodi cçteri qbus affici solēt qui magnis de rebus cōtendūt: uicissim hos inuadebāt: nec secus & Italię oppida uniuersa suspēsa qdem & nutātia erāt: & ad quosnam accederēt dubia Frāci īterea ꝓximos depopulati necessaria aptius iportabāt: Quod Narses ubi primū aduertit: sibi qdē si id pateret idecorū fore arbitrabat & alias aīo haud satis ęquo ferebat: si aduersus onera gestātes exeūdū iā eēt q tā libere & q̄ ꝓrie uagarent: ꝑideac ipacata hostile nihil spectarēt: itaq; uisū ē tn̄ haud qq̄ de cętero tm̄ his licētię ꝑmittēdū: sed inhibēdos enixius esse

Charāges

Anconas quales.
Arma Francorum.

Charáges uir quidam Armenius erat: ut corpore ualidissimus: ita & prudentia: mirifice pditus: & cũ res posceret: adire pericula assuetus huic itaq; fuerat/nãq; in ultimis castris hostibus iminẽs ex aduerso locatus/iniunxit Narses ut in eos q uehicula ducerent cõfestim irrũperet: & quãcunq; his posset iacturã inferret ne ultra hi audirẽt Pabula tã licenter inuehere: At Charáges equo insceso cũ paucis suę turmę militibus carpẽta ptim hostibus demit ductores ptim obtrũcat. Vnũ forte arido & siluestri onustũ fęno ad turrim q̃ Frãci supra pontem & ligneã fabricarãt q̃ pxime applicat & igne imisso flãmaq; ingẽti ocyus excitata: machina oĩs illa contabulata corripit. Tunc Barbari qui in eo fuerant pręsidio collocati cũ se ac turrim tueri nil possent relinquere locum decernũt: & uix cũ se ex alto pręcipitassent ad Francoꝝ exercitum fuga se receperunt & Romani ponte/&/uestigio potiuntur: his igitur ita peractis Franci q̃ primum uti par erat turbati: tumultus & trepidationis omnia complent frementesq; ac ira succensi & rabidi ad arma capessenda procedunt: ita ut animum continere nil possent: sed pretermodum oĩa auderint: & ea confidentia essent: ut nec quiescendum sibi amplius esse censerent nec belli tempus aliud expectandum sed die eadem in aciem prodeundum: tametsi his Alemanicę uates prędixerant: ne eo die bellum susciperent q si fecissent scirent se oẽs ad internitionem interituros: ipse uero nil ambigo: siue in alterum diẽ: siue in aliũ itẽ atq; aliũ utcũq; fuisset proelio decertatum: eũdem euẽtum hos habituros fuisse q & tunc fuit: Nõ.n. diei hæc imutatio his satis fuisset: ne impietatis & scelerum luerent pœnas: siue igitur ob eorum facinora: id ita euenerit: siue pro suarum uatum oraculo prædicentium utcũq; futura: haud tñ uel uanum fuisse: id uaticinium: uel nõ finem sortitum: ut multis iam uisum fuerat: sat constat: Nunc uero quemadmodum res gesta hæc sit ad uerum iam explicemus. Franci cum eo aĩ impetu eẽnt & iam arma tractarent Narses armari suos mox iussit & in eum locum eduxit exercitum ubi in Phalangem erat hic militem instructurus: dum interea mouetur exercitus: & præfectus equum inscenderet interuenit qui nuntiaret: Erullum quempiam nec apud suos uulgarem: neq; obscurum/sed clarum & primarium uirum domesticũ seruum & delinquẽtem miserrime occidisse. Tũc Narses ihibito frenis equo deduci i mediũ iubet q hoiem occidisset pide haud quaq̃ par eẽt prius in pliũ ire q̃ abolitũ esset & expurgatum scelus

Charanges

Vates femię.

Eo igitur factum id percõtante: fatebatur Barbarus nec inficias ibat & licere dñis asserebat: pro arbitrio seruos necare: ut eiusmodi fortis & cęteri scirent eadem se ni sapiant perpessuros: At Narses ubi hoiem uidit cõmissi facinoris nil penitere: sed audaciam adhuc prę se & insolẽtiam ferre: & prudentię sibi nimium uendicare: lictoribus iubet in eum iure ut agerẽt & necarent: unde mox ilia ense trãsfossus occubuit: Erullo℞ tñ turma omnis ut Barbara: id ęgre factum ferebãt: & acerrime angebatur: Tum Narses cędis iam scelere expiato & Erullorum nõ magna habita ratiõe: in aciem statim processit: ingenti uoce id clamitans: qcũq; uictorię uult se participem fieri: me sequat: ea hic erat animi magnitudine atq; adeo diuino ꝓsidio cõfidebat: & ad rem procedebat longe ante pręcognitam: Sindual autem Erullorum pręfectus & turpe simul: nec plane ingenuum fore rebatur si in tanta belli mole: cum ipse rum Erullo℞ exercitus defectionis & perfidię arguerẽtur: & re quidem appareret se hostes reformidare & alioquin sub pretextu quodam in mortuum beniuolentię cõceptam animo formidinem occultarent: Igitur cum non ultra interpositam iam moram tulisset: Narseti significauit se ut statim cum exercitu uenturum operiretur: & si alias unq̃ nunc tñ q̃ maxime opem laturum: Tũ ille expectandi tp̃s non esse respondit: cutaturum se tñ ut & hi ordine suo locent: si uel paulo serius ad se aduentarint: Erulli itaq; armis q̃ optime cõmuniti & instructi sensim ꝓgrediebantur: Narses uero ubi ad locum peruenit quo erat acie decernẽdum exercitum ex templo in phalangem istruxit: Equites utrinq; dispositi erãt Postremi peltati hastatiq; que gladios pręacutos & sarissas gestarent Narses ipse in dextro constitit cornu: Zandalas deinceps familię & domesticorum pręfectus nõ tñ imbellium hunc sequebatur: e duobus lateribus Valeriani & Artabanis milites erant: His imperatum in dẽsiorem se siluę partem occulerent: & ubi in congressionem hostes uenissent de improuiso aggrederentur terroremq; illis incuterent: Pedites deinde quicquid erat iter medium loci tenebant. In fronte pręterea principes stabant quibus ad bellum erat cũ Romanis inita societas thoraces ob longos induti & solidissimos cassides capitibus gestantes: post hos & alii densiores sibi inuicem incumbebãt: sic ad postremos usq; agmen claudebatur: Leuis insuper armaturę omnes & sagittatores post hos collocauit: sagittandi tempus operiens fuerat Erullis locus in phalangis medio seorsumq; destinatus: Isq; adhuc

Ordo aciei Narsetis.

uacuus era

uacuus erat:nondum enim aduenerăt:Interea ex Erullis duo ubi iam ad/
uenissent:sua sponte ad hostes se pauloante contulerant ignari tamen qd
postea Sindual eorum pręfectus animi essent:Francosq concitarunt ut q̃
celerrime in Romanos irruerent:fore nãq hi affirmauerăt ut Romanos
turbatos territosq & sine ordine ullo deprenderent quandoqdem Erul/
lorum exercitus his merito succenseret:negaretq pro his se bellum gestu/
rosiunde & pro istorum deflectione cęteram esse multitudinem territam.
Tunc Bultinus his facile persuasus: ut qui ita rem fore q̃ maxime copie/
bat confestim in hostes copias duxit:rectaq & animi nõ mediocri cũ prõ/
ptitudine Barbari in Romanos prodibant nõ quieti neq ex ordine: sed
pro:Erullorum & transfugarum dictis:rapidi & uolitantes: Barbarico cũ
ululatu turbido:qdem & petulanti:perinde clamoribus reuolaturi quod
cũq obuium fieret:erat aũt Barbarici agminis species triangularis:& del/
tę litterę similis frons ipsa anterior quę in acutum claudebatur frequens
quidem & densior erat:quia circũquaq scutis obstruebatur:dixeris sane su
is bos caput ex ea instructi agminis serie figurasse. Alę aũt utrinq per tur
mas & agmina condensatę & q̃ maxime introrsus protensę placide ab in/
uicem dirimebant:in progressuq inuastam terminabatur hę latitudinem
ita ut in medio uacuus locus relinqueretur: e quo terga nudata ex ordine
comparerent. Nam terga tergis inuicem uerterant:ut facie uersi in hostem
essent/e/totoq & scutis pręlatis certarent posteriora uero opposita erant:
ut se tutius tuerentur. Narseti uero ut prosperam fortunam iam nacto: &
his quę gerenda essent q̃ optime arte & prudentia pręparatis: cuncta in rẽ
successere:nam postq̃ Barbari cum clamore ingẽti & ululatu:citatoq cur/
su uadentes:impetum in Romanos fecere ex templo qui in fronte prin/
cipes erant circa uacuum locum Erullis relictũ irruendo mouerunt: mox
primi ex Barbaris agminum dẽsitate perfracta:& strage haud sane magna
tunc edita ad postremã aciem peruaserũt:nõnulli etiam impetu facto hãc
pręteruecti pertransierunt:ut Romanum prorsus exercitũ sublaturi. Tũc
Narses inflexo sensim porrectoq cornu:phalange facta equitibus sagitta
riis iussit utrinq in hostium terga sagittas immitterẽt: At illi iussa exeque
bantur/ex equis nanq pedites Barbaros distantes dispersosq: & ex edito
ferire quam facillime poterant:& cum non procul ea ex parte hi ab equiti
bus essent q tunc extrema tenerent/hostes haudquaq̃ longe astãtes & ea

Forma agmi nis.

regione qua & ipsi bellarēt sagittis/erat minus difficile superare & q se ex aduerso offerrēt ferire:undequaq̧ igitur Frācis terga traiciebanť:cum interea a dextro cornu Romani ex ea regione hostes uastarent:& alios uti q utrinq̧ pugnarēt:quo factum est:ut cū non ex ordine Romani:sed alternis in hostes ferrenť & obuium quodcūq̧ fieret deperderēt:Barbaros ꝑ sus latere quēadmodum se tuerenť:nec unde nā ictus exciperēt satis considerarēt:nā cū in Romanos uersi hi astitissent & sibi qsq̧ dūtaxat itēderet cū armatisq̧ q in cōspectu eēnt manus cōsererent sagittarios equites a se prorsus auersos instructosq̧ nōdum cōspicati quāquidem nō pectore cederenť:sed tergo:quo maloꝝ uenissent noxę nil poterūt tametsi multis ut hoc aīo agitarent:nec locus qdem daretur:subsequēte mox uulnus morte nā primis q in fronte prębarenť affatim cadētibus: Alii q in interiorem aciē erāt prodibant cūq̧ continēter id fieret:cōsumebanť his copię & magna uis hoīum iteribat:& ad paucitatē redigebanť:Interea Sindual Erulisq̧ cū e ꝑimo pugnę:interuenissent:hostibus obuiā fiunt q acie iā excedebāt:cū his statim ubi ad manus uenissent:rē enixe gerebāt:tū illi re subita cōsternati:insidias ueriti:ex tēplo in fugā uersi Erullos transfugas ꝑditionis insimulabant.Sindual uero agmine toto in hostē imissoꝺpis nihil intermittēdo tādiu fugiētibus institit:quoad ptim ꝑstrasset partim in fluuium impegisset:his peractis:ubi in aciē reducti hi cōstitissent:locus ille & uacuus in phalāge relictus oppletꝰ.Franci itaq̧ perinde retibus inuoluti undiq̧ cedebanť:nā & ordo ipse dissolutus his penitus erat: & se passim & temere cōfusi inuicem adglomerabāt:cū sibi qd agēdum esset:ut in re trepida:nil internoscerēt/Tū Romani nō solū hos sagittis necabant: sed unā oēs q uel armis cōtegebantur: uel leuioris armaturę milites eēnt acrius his instebāt:iaculādoq̧ & sudes diuerberādo turbatos insectabanť:& gladiis obtrūcabāt haud secus & eqtes:cornu altero facto in mediū hostes excipiebāt:& si q forte gladios declinassent:pręcipites his insectātibus: in flumen deferebantur & gurgitibus hausti interibant unde & barbaroꝝ cōtinens eiulatus ubiq̧ miserrime morientium audiebatur:demum & Bultinus ipse Francorum pręfectum cū uniuerso exercitu ad internitiōem occiso occumbit ita ut Francorum nemo se ad proprios larēs receperit: pręter homines quinq̧ utcūq̧ euaserint:inter hos & Erulli duo illi & transfugę cecidere: Quo igitur pacto non perspicuum fuerit fuisse hos scelerū

Cedes Francorum

